

& 3. D. de testib. Sed inquires, potest & servus aliàs testimonium per-
 hibere l. servi 7. D. de testib. Resp. si aliter veritas inveniri non potest;
 sed tamen neq; hoc passim & in omnibus causis & adversus omnes est re-
 ceptum Don. ad l. servos 8. C. d. t. At quid si servus in testem adhi-
 bitus tempore conditi testamenti omnino in opinione habeatur
 pro libero? Stricto jure hoc testamentum nullum, sed subvenit ei
 Impm. liberalitas l. 1. C. de testam. Et hoc in non ex identitate rationis
 etiam ad similia testium vitia tempore facti testamenti occulta extendi
 potest; licet non pauci dis. eò quod privilegia & Indulgentie sint stricti
 Juris, nec debeant ad alios casus extendi l. quòd verò 14. cum 2. seqq.
 D. de ll. (b) l. in cuil. 18. D. qui test. fac. (c) Ratio prohibitionis pau-
 lò heic abstrusior. Vulgò Dd. fragilitatem sexus prætendunt & quod
 lubricum sit mulieris consilium Ant. Math. in not. hic. Sed displicet
 hoc Vigl. Myns. & Vult. eò quod ob hujus rationis generalitatem ne qui-
 dem ad judiciorum testimonium foret admittenda, contra, quàm in l.
 qui testamento 20. § mulier 6. D. qui test. fac. & l. ex eo 18. D. de testib.
 responsum. Nos in Vult. ad § possunt n. 19. acquiescemus rationi, dicendo qd
 testium origo sit à veterum more per as & libram; & quod mulier sicut
 comitorum particeps non erat; ita nec testis in testamento esse poterat.
 Jus tamen Canon. testem mulierem in testamento admittit c. cum omnes
 4. relatum X. de testam. Deci. ad l. 2. n. 31. D. de R. J. At quid de herma-
 phrodito? Qualitas incalescentis vel prævalentis sexus aspicienda l.
 quaritur 10. D. de stat. hom. l. repetundarum 15. § 1. D. de testib. (d) l.
 quasitum 13. v. veruntamen juncta l. 2. D. de testib. Nov. 9. c. 1. l. in
 cui 18. § 1. & l. cum lege 26. D. qui test. fac. Don. 6. Com. 7. (e) Pater
 igitur filio & vice versa filius patri testanti, in cuius potestate est,
 in testamento fieri nequit testis § in testibus 9. Inst. h. Sed dices:
 in publicis negotiis patria potestas non attenditur l. filius 9. D. de his
 qui sunt sui vel al. At testamenti factio est publici Juris l. 3. D. qui test.
 fac. Resp. ad propos. Est quidem ita, si alieno vel extraneo testamento
 adhibeantur. In hoc enim pater nec non filius aut nepos ejus, item
 duo fratres nepotes vel testes esse simul non prohibentur § pa-
 ter 8. Inst. h. Sed si hoc testandi negotium inter ipsos celebretur do-
 mesticos, penitus testimonium hoc inhibetur; tum quod pater & filius
 propter potestatem patriam pro eadem persona habentur, & vox patris
 vox filij dicitur § si quis 4. in f. Inst. de Inutil. stip; tum etiam quod